

cap. 197 Quod privilegia possunt retractari quinque de causis.

De secunda questione, scilicet quomodo potuit Karulo imperatori ius elligendi summum pontificem tradi^{a)}, est sciendum, quod beatus Silvester statuit de comuni consilio et assensu omnium prelatorum mundi, quod ius elligendi papam pertineret ad cardinales¹⁾. Unde dicitur in decretis di. lxxviii.^{b)} *Apostolicus*²⁾: 'Quicumque vero sine canonica electione cardinalium fuerit ad papatum intronizatus, non apostolicus sed apostaticus habeatur.' Cum autem electio pape fiat tribus modis³⁾, — scilicet per scrutinium comparando voces, ut quis plures voces habuerit, aut per comunem inspirationem, ut cum omnes concordī voce in unum conveniunt, aut per compromissionem, ut quando omnes cardinales uni vel pluribus suas vices committant, — potuit fieri, ut omnes cardinales atendentes beneficia Karuli magni comiserunt sibi vices suas, ut posset elligere papam; nec istud debuit trahi ad continentiam^{c)}, ymo potuit quatuor de causis retractari, ut dicit quedam glosa decreti⁴⁾.

cap. 198 Quod imperator est abusus privilegio pape¹⁾.

Primo, propter abusum imperatorum. Unde dicitur infra eodem § *Principibus*²⁾: 'Representabatur electio summi pontificis catholicorum principibus' — id est imperatoribus — 'ut ipsorum auctoritate roborate nullus hereticorum vel scismaticorum auderet contraire.' Et infra³⁾: 'Verum quia imperatores modum suum ignorantes non in numero consentientium sed primi distribuentium ymo exterminantium esse voluerunt, etiam in hereticorum perfidiam prolapsi catholice matris ecclesie unitatem impugnare conati sunt, ideo sanctorum statuta patrum adversus eos prodierunt, ut electioni summi pontificis imperator se non intromittat. Unde sicut Ezezas destruxit serpentem eneam⁴⁾, quem deo precipiente Moyses fecerat, ne populus serpentium morsu interiret, quia populus ipsum adorare et venerari ceperat, unde destruxit Ezezas, quod iubente deo Moyses fecerat. Unde ex hoc datur intelligi magna auctoritas ecclesie, ut si quis papa statuit aliquid, quod pro illo tempore potuit fieri sine culpa, si postea vertatur in errorem, sine ulla tarditate a posteris magna auctoritate destruat.' Secundo, quia tale privilegium elligendi papam concessum fuit imperatoribus, quia heretici turbabant electiones pape violenter introducendo insuffitientes aut symoniace persuadendo. Unde necesse fuit electionem pape imperatori presentare, non ut confirmaret, quia ipso facto quod papa est electus est confirmatus⁵⁾, sed ut reprimeret electiones vitiatas. Nunc autem quia ecclesia resumpsit vires et per se ipsam potest obviare inconvenientibus casibus et cessante causa cessat effectus, ideo non est necesse, ut imperatores de electione summi pontificis in aliquo discernant. Unde dicitur

cap. 197 a) om. B b) lxxviii BW c) consequentiam W

1) S. o. bei Anm. 238 f. 2) D. 79 c. 1. 3) Vgl. X. 1. 6. 42 und Ordo Romanus XIV, Migne PL 78, 1121 ff. 4) D. 63 c. 23 Gl. ad v. Affici.

cap. 198 1) Vgl. CM cap. 577. 2) D. 63 c. 27 dict. Grat. 3) D. 63 c. 28 dict. Grat. 4) Nach der Legende ist die heute in S. Ambrogio gezeigte eberne Schlange mit der des Moses identisch. Galv. bemerkt dazu CM cap. 723 f. 184r (Ceruti S. 601): et si quis bene consideret, serpens in bolos sive frusta fuit concisus et plumbo reparatus; vgl. auch GA cap. 234. 5) Vgl. CM cap. 444, 573, 773 und 841 f. 260r (Ceruti S. 661); ferner Tholomeus von Lucca, DC 9, 15 ff. und Wilks, The Problem of Sovereignty, S. 389 f.